

---

# **Theologiae Moralis, Volume 3 (Latin Edition)**

**Kenrick Francis Patrick**


---

**Title: Theologiae Moralis, Volume 3 (Latin Edition)**

**Author: Kenrick Francis Patrick**

**This is an exact replica of a book. The book reprint was manually improved by a team of professionals, as opposed to automatic/OCR processes used by some companies. However, the book may still have imperfections such as missing pages, poor pictures, errant marks, etc. that were a part of the original text. We appreciate your understanding of the imperfections which can not be improved, and hope you will enjoy reading this book.**





3

6-

76

THEOLOGIÆ MORALIS,

CONCINNATÆ

A FRANCISCO PATRICIO KENRICK,

EPISCOPO PHILADELPHIENSI.

VOLUMEN III.

*Οικονόμου γὰρ τὸ διοικεῖν τὰ ἐγχειροσθέντα καλῶς.*  
S. Chrysostomus in ep. i. ad Cor. hom. x.



PHILADELPHIÆ.  
APUD EUGENIUM CUMMISKEY.

MDCCCXLIII.

Entered according to the act of Congress, in the year 1843, by

**FRANCIS PATRICK KENRICK,**

in the Clerk's Office of the District Court in the Eastern District of Pennsylvania.

**LOAN STACK**

**TYPIS KING ET BAIRD.**


BX1758

K4

v. 3

Visum est litteras Apostolicas quas Summus Pontifex ad auctorem dignatus est scribere, quando primum volumen Theologiæ Dogmaticæ ei oblatum est, referre.






## GREGORIUS P.P. XVI.

VENERABILIS FRATER salutem et Apostolicam Benedictionem. Accepimus Volumen nuper a Te in lucem editum tres complectens priores Tractatus Dogmaticæ Theologiæ, quam in Americani præsertim cleri usum scribere orsus es. Perlatæ simul ad Nos sunt Litteræ pietatis et obsequii plenæ, datæ a Te die 20. mensis Aprilis, quibus primordia eadem tui operis dono Nobis offerre voluisti. Utinam lectioni ejus Libri vacare Nobis licuisset, sed non permis-erunt occupationes gravissimæ, quibus pro sollicitudine omnium Ecclesiarum infirmitati nostræ Deo auctore imposita jugiter distine-mur. Nixi autem virtute tua facile Nobis pollicemur, Te, Venerabilis Frater, in eo lucubrando opere id præsertim spectare, ut nihil omnino proferas, quod saniori doctrinæ non conveniat. Itaque gratias pro officio agimus et habemus; nec vero prætermittimus Deum O. M. per merita Unigeniti sui Jesu Christi suppliciter orare, ut adsit Tibi propitius in abundantia gratiæ, quo tum scriptis hujusmodi, tum adjutrice opera pro munere tuo præbenda Venerabili Fratri Henrico Philadelphæ Antistiti magis in dies ac magis de re Catholica, ac de ista potissimum diœcesi bene merearis. Denique superni hujus præsidii auspiciem, nostræque testem præcipuæ caritatis Apostolicam Benedictionem Tibi ipsi, Venerabilis Frater, peramanter impertimur. Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem die 28 Augusti an. 1839.

*Pontificatus Nostri Anno Nono.*

GREGORIUS P.P. XVI.



PLACET et ex litteris Archiepiscopi Edesseni, Ignatii Cadolini qui deinceps in Sacrum Collegium Cardinalium cooptatus est, aliquid depromere.

“Mirari autem satis non possum, quod inter tot tantosque labores, quos in colenda vinea Domini assidue huc usque pertulisti, tempus quoque invenire valueris, quo scriptis, iisque doctissimis ac disertissimis, Catholicæ Religionis utilitati consuleres. Ego enim ex integro primum volumen perlegi, atque ex eo quanta totius operis præstantia sit probe intellexi. Eo autem usus es methodo, quæ meo quidem iudicio Missionariorum exigentiis vel maxime est accommodata. Quamobrem illud mihi ratum suasumque est, dogmaticum theologiæ opus quod perfecisti, tum ceteris sacrarum scientiarum studiosis, cum præsertim Missionariis nostris, fore apprime profuturum.”

ROMÆ 26 NOVEMB. 1840.